

STATUTA
CIVITATIS CREMONAE
ACCURATIVIS QUAM ANTEA
EXCVSA, ET CVM ARCHETYP0 COLLATA.

ADDITIS QUAMPLVRIMIS, QUÆ OMNIA
*sequenti pagella indicantur. Cum Indice rerum memo-
rabilium copiosissimo, & altero titulorum,
seu Rubr. Statutorum.*



CREMONÆ,
Anno Humanæ Salutis. M. D. LXXVIII.
Permissu Superiorum.

Del gouerno della Città.

311

prædicta faciendi, & sic placuit præfatis Magn. Dominis Consiliarijs dare omnem auctoritatem, & vices præfati Magn. Consilij generalis Magnificis Dominis Deputatis præsentibus, & futuris approbandi ordines super taxa Notariorum compilatos, cum auctoritate augendi, & diminuendi prout eis videbitur, & quòd non assumant vires nisi sequuta approbatione per Senatum Excellentissimũ, & subito præfenti anno 1576. posito, & obtento partito per omnes demptis duobus. Super quibus antequam decernere quicquam voluerimus, scripsimus Spectabili ipsius ciuitatis Prætori, vt recitatos ordines, quorum approbatio petita fuit, videret, & votum suum superinde referret, quo facto, & omnibus diligenter consideratis, ac in Senatu lectis, quæ per Spectabilem Prætozem ipsum ad nos rescripta fuerunt, memoratos ordines approbandos esse censuimus, prout per has nostras approbamus, & confirmamus, his tamen adiectis conditionibus, quòd illa dictorum ordinum partes, quibus cautum legitur, quòd in initio cuiuscunq; congregationis vnus, seu duo, qui omnibus propositionibus contradicant, eligantur, seu sorte extrahantur, in his, quæ pro beneficio, & còmodo Regiæ Maiestatis proposita fuerint, circumscripta intelligantur, & in his Contradictorum quo quò modo eligendorum officium conuiescat. Secundo caput nonum, in quo omnibus communitatis officialibus salariatis prohibitum legitur, ne intra quinquennium ad idem officium eligi possint, nequaquam ad Aduocatum, & Procuratorẽ extendatur, quia publicæ vtilitati non expedit, vt edocti de negotijs publicis amoueantur, & alij edocendi subrogentur, vbi tamen ob aliqua eorum demerita Ciuitati huiusmodi patrocinio indigni, & propterea amouendi non videantur. Tertio in illis partibus, in quibus Iudicibus viarum, & Vicario prouisionum largior tribuitur authoritas, illud addatur, quòd condemnatis ob id non intelligatur denegatus recursus ad Spectab. Dños Prætozes, qui vbi recurrentem indebitè molestatum intelligant, illius indemnitati, subsequutam declarationem, vel retractando, vel reformando prouideant, vbi verò dictam declarationem iuri consonã, & recursum ad eos per calumniam habitum fuisse cognoscant à dicto condemnato duplicatas impensas exigere curent. Mandamus igitur omnibus ad quos spectat, & spectabit, vt ita seruent, & seruari faciant. In quorum fidem præsentis sigillo nostro munitas fieri, & registrari iussimus.

Dat. Mediolani die 23. Augusti 1576.

Octavianus Robius.

F I N I S.



REGISTRVM.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R
S T V X Y Z. Aa Bb Cc.

Omnes sunt Terniones.

CREMONAE

Apud Christophorum Draconium Typographum Cre-
monensem, & Petrum Bozolam, socios. Anno
Domini. M. D. LXXVIII.

